

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Scriptura sacra a  
cum fonte primo

Tanta est Christianarum profunditas litterarum ut in eis cotidie proficerem, si eas solas ab ineunte puericia usque ad decrepitam senectutem maximo ocio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere.

In quibus, inquit,

latet altitudo sapientie ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat quod eadem scriptura quodam loco habeat:  
Cum consummauerit homo tunc incipiat.

Augustinus II. epistola ad Volusianum.

tanta est enim Christianarum profunditas litterarum, ut in eis cotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia usque ad decrepitam senectutem maximo ocio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere,

non quo ad ea, quae necessaria sunt saluti, tanta in eis perueniatur difficultate, sed, cum quisque ibi fidem tenuerit, sine qua pie recteque non uiuitur, tam multa tamque multiplicibus mysteriorum umbraculis opacata intellegenda proficientibus restant tantaque non solum in uerbis,

quibus ita dicta sunt, uerum etiam in rebus, quae intellegendae sunt, latet altitudo sapientiae, ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem scriptura quodam loco habet: Cum consummauerit homo, tunc incipit (Eccli.18:6).

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 137, 3 (CSEL 44, A. Goldbacher ed., pp.99-100, ll.14-16, 1-11).